



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

Appendix, ostendens, quàm immensus Dei erga nos sit Amor (quod quidem ex Christi incarnatione, ac passione, Sacramentoq[ue] Eucharistiæ elucescit) & uti nos totos Deo tradere atq[ue] resignare ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

DOMI-  
NICAR  
PASSIO-  
NIS EX-  
PLICATA.  
Zach. 9.  
8.  
Mar. 15.  
Ioan. 19.  
Sindon  
integri-  
tatu, &  
balsamū  
charita-  
tu in B.  
V. Maria  
represe-  
ntatur.

lætificat & accendit, ac juxta Pro-  
phetam, *virgines germinat.*

Habuit etiam sanctissima Ma-  
ter puram sindonem, id est, sim-  
plicis obedientiæ, innocentia, ac  
integerrimæ virginitatis vestem.  
Cui nec defuit aloë amarissimi  
doloris, myrrhaque afflictionis  
intolerabilis. Habuit deniq; pre-  
tiosissimū balsamum & unguen-  
ta speciesque virtutum omnium.  
Atque ita demum Christum filiū  
suum obvolvitur, perunxit, atque  
in sacratissimo sui pectoris mo-  
numento sepelivit.

9.  
Quam  
magis  
corde dis-  
cesserit  
Virgo cū  
sodalibus  
à sepul-  
chra.

Jam verò etiam hoc mente ru-  
minemus, quanto cum mœrore  
afflicta Mater à monumento dis-  
cesserit, quàm hæc ei perpetua  
fuit cogitatio, quem amisisset, &  
quàm inæstimabile pignus sub la-  
pide condi sivistet. O quàm mise-  
randum in modū à sancto Joâne,  
ceterisq; amicis suis, à sepulchro  
abducta fuit, quippe quæ tota pe-  
nè exhausta atq; absumpta erat.  
Reverà quisquis huic ita afflictæ,  
ita mœrenti, ita graviter laboranti  
Virgini & Matri, imò & Domine  
nostræ non compatitur, non est  
vivens gratiæ filius, sed est abor-  
tuum insensibile ac mortuum;  
indignus planè est, qui lac gratiæ  
ex maternis ejus sugat uberibus.  
Ceterum ipsi quoque cum eadem  
Virgine matre, uti jam dictum est,  
Christum Jesum in cordibus no-  
stris sepeliamus, ut nos per ipsum  
& in ipso ab universis operibus  
mortuis resurgamus, unaque cum  
illo ad paternam usque gloriam

felicissimè conscendamus, eodem  
Domino Jesu nos adjuvante, qui  
est benedictus in sæcula, Amen.

A P P E N D I X,

*Ostendens, quam immensus Dei er-  
ga nos sit AMOR (quod quidem  
ex Christi incarnatione ac pas-  
sione, Sacramentoq; EVCHARI-  
STIÆ elucescit) & uti nos totos  
Deo tradere atque resignare de-  
beamus, qualibet adversa amore  
illius tolerantes.*

1. Totam Trinitatem equali amore nos dile-  
xisse, quo dilexit Christus, nempe infinito.
2. Ex Eucharistia institutione apparet, Chri-  
stum, si opus esset, adhuc paratum esse pro nobis  
crucifigi.
3. Exaltavit DEVS naturam nostram in  
Christi incarnatione, plus quàm fuerit olim depres-  
sa in Ada peccato.
4. Prospopacia Patris aterni, qua homini sua  
exponit beneficia: & eorum vice postulat perfe-  
ctionem vitæ spiritualis; cuius ibi compendium  
penitur.
5. Oratio anima fidelis, qua Patri aterni invi-  
tanti respondet, & Christi merita pro se offert.
6. Filius Dei alloquitur animam, eiq; sua enu-  
merans beneficia, postulat rependi sibi amorem, in-  
nocentiam, sanctitatem, resignationem.
7. Oratio anima fidelis, Christi allocutionem  
gratanter excipientis, & seipsam illius misericor-  
dia committenti.

**T**AM ardens & \*incontîens  
est Dei erga nos amor, ut si  
mors & passio Christi ad  
salvandum hominem non suffe-  
cissent, etiam Pater cælestis &  
Spiritus sanctus quoque huma-  
nam potius assumpsissent natu-  
ram, ac pro homine mortem sub-  
jissent, quàm eum perire sivistent.  
Licet verò Filius solus naturam  
nostram assumpserit, mortemque  
ob hominem peressus sit amarif-  
simam, amor tamen Patris & Spi-  
ritus

1.  
Totali-  
tatis  
infini-  
amori  
ligitua  
mystra  
incarn-  
tione &  
passio  
operata  
est.  
\* Qui  
nempe  
tam ex-  
cessivus  
est, ut  
nullo  
sefe

DOMI-  
NICAE  
PASSIO-  
NIS EX-  
PLICATA-  
TIO.  
mitte cō-  
tineat;  
quasi di-  
cat, in-  
finitus.  
Ioan. 16  
Ioan. 3.

Rom. 8.

Consilium  
Trinita-  
tis decre-  
vit re-  
demptio-  
nem no-  
stram.

ritus sancti non minor erga nos fuit: quandoquidem una est trium personarum essentia, unus amor, indistincta operatio, una eademque voluntas. Hinc Christus dicit: *Pater amat vos.* Rursumque: *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret: ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam eternam.* Et de Spiritu sancto Apostolus ait: *Ipsē postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: id est, inspirat nobis, movet & excitat nos ad orandum & virtutibus incumbendum: testimonium item reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei, ut ex interno huius testimonij gaudio clamare in eodem spiritu possimus, Abba, Pater.* Quid verò in miserandā hac lacrymarum valle beatus aut iucundius esse queat, quàm ut homo ex testimonio sancti Spiritus in conscientia percepto, Deum possit Patrem suum dicere? Si enim filii sumus, ergo & fratres & coheredes Christi. Consilium sanè super humani generis redemptione veneranda sacratissimaque Trinitas egit, estque concordia ab ea definitione decretum, ut hominem redimeret: & quia in nullam magis quàm in Filii personam competebat naturam humanam assumere, ipse Filius, qui Creator erat omnipotens, tum sponte suā, tum voluntate Patris, tum suāsu Spiritus sancti, lætus hominem induit, factusque est creatura, cooperante ad hoc ipsum & Patre & Spiritu S. Christus namque

per Patris cooperationem de Spiritu sancto conceptus est. Vide quàm pro te sollicita fuerit Trinitas adoranda. Contuere, quàm te ab omni æternitate dilexerit Deus. Attendite, quæso, hæc frigidī & obdurati filii Adam. Cogitate, quàm caro vos ipse Deus pretio compararit. Dignissimum quidem, quod cor illius concipere, & præcipuum, quod divina eius potentia exhibere potuit, dedit: nempe Unigenitum suum, cui non pepercit, sed eum pro peccatis hominum in ignominiosissimam mortem crucis tradidit.

Porro ipse Christus, sicut olim Patri factus est obediens usque ad mortem, sic hodieque & ad novissimum usque diem, non solum Deo Patri, sed & cunctis hominibus, qui paternam voluntatem fidei cordibus amorisque desiderijs diligunt, eidemque adhærent, morem \* gerit. Et quia necesse non est denuò eum mortem subire (quando sacra illius mors ad peccata omnia quæ iam facta sunt, & quæ adhuc fiunt, se extendit) dulcis Dominus sacrum Corpus, præclaram animam, pretiosumque sanguinem suum, unà cum meritis omnibus vitæ & passionis suæ, quotidie in altaris venerabili Sacramento in nostrorum remissionem culparum, memoriamque passionis & mortis suæ, offerre non desinit: nimirum hoc ipso nobis insinuans, si ita necesse foret, paratum sese esse adhuc quotidie venerandum cor-

2.  
Phil. 2.  
Institu-  
tio Eu-  
charistia  
docet,  
Christum  
adhuc  
paratum  
pro nobis  
mori si o-  
pus esset.  
\* Sicut  
Dominus  
Iesus  
fuit ob-  
ediens  
Deo Pa-  
tri & Ma-  
riæ, &  
Ioseph,  
ita pas-  
sim lo-  
quuntur  
Scriptu-  
ræ de  
Deo ob-  
ediente  
homi-  
nis ju-  
stis. Isa.  
58.  
Clama-  
bunt & di-  
cet. Ecce  
adsum.  
Ps. 144.



HOMI-  
 NICAR  
 PASSIO-  
 NIS EX-  
 Plica-  
 TIO.  
 Volunta-  
 tem time-  
 tum se-  
 faciet.  
 Iosue 10  
 Obdien-  
 te Domi-  
 no voci  
 hominu.  
 Sed hæc  
 Christi  
 obedi-  
 tia nunc  
 maximè  
 hic con-  
 sidera-  
 tur,  
 quod ad  
 vocem  
 Sacerdo-  
 tis in sa-  
 crificio  
 Missæ  
 sese sta-  
 tim si-  
 stit præ-  
 sensens,  
 & im-  
 mola-  
 tur.  
 Vbiq; &  
 semper  
 obvia no-  
 bu est  
 Christi  
 dilectio  
 & mise-  
 ricordia  
 ex meri-  
 tu passio-  
 nu.  
 Plu rō-  
 gat. ut  
 no illi  
 uniamur  
 quàm à  
 no uro-  
 gatur.  
 4. Reg.  
 4.

pus suum nostræ salutis causa ne-  
 ci tradere, sanguinemque funde-  
 re. Quo enim amore tunc Chri-  
 stus nos prosequatur, eodem  
 etiamnum prosequitur, in ævum  
 que omne prosequetur. Cuius jã,  
 obsecro, vel saxum pectus non  
 hinc cõpungatur? cuius spiritus ex  
 hoc amore non exulter? cuius cor  
 præ hujus ferventissimæ charita-  
 tis ardore non totum liquecat?  
 cuius non deficiat præ ingenti ad-  
 miratione intellectus? ubi im-  
 mensam Dei erga nos bonitatem  
 & dilectionem contemplatur, ubi  
 oculus cordis attendit, & consci-  
 entia trutinã examinat ingen-  
 tia Dei beneficia, quæ is contulit  
 in nos miseros, & indes confert;  
 quæ certè tanta sunt, ut vix pos-  
 sint esse majora. En grata Christi  
 brachia ad nos suscipiendum  
 semper extenta sunt. Vulnera i-  
 tem ejus numquam non patent,  
 parata profluere in omnes qui id  
 appetunt. Vexilla misericordiae  
 ejus perpetuè explicata sunt, ut  
 sub illis protegamur deliteamus-  
 que, cum semper ipse nos suscipe-  
 re paratus sit. Imò, quod plus est,  
 tanto nostri tenetur desiderio, ut  
 per divinos tractus divinasque  
 inspirationes, & internas repre-  
 hensiones suas plus nos roget,  
 quàm rogetur à nobis: quando-  
 quidem & multò paratior est no-  
 bis dare, quàm nos petere. E-  
 nim verò fons vivus est, perpetuè  
 scaturiens, nec umquam fluere  
 desinens, nisi cum vasa defunt. Et  
 ipse uno amoris nexu homini u-

niri, deliciosumque habitaculum  
 ac desiderabile templum suum  
 intra nos extruere vehementer  
 appetit. Adeo, inquam, homini  
 per amorem uniri desiderat, ac si  
 suæ prorsus potentia & majestatis  
 oblitus, per omnia similis homi-  
 nibus effectus esset. At quomodo  
 nos magis in sublime attollere,  
 seseq; amplius deicere potuisset,  
 quàm jam fecit? Quomodo suam  
 nobis propius conjungere pote-  
 rat Divinitatem, quàm conjun-  
 xit, quando eandem celsissimam  
 atque immortalem nostræ morta-  
 li copulavit humanitati per na-  
 turæ nostræ assumptionem? Quin  
 & quotidie illam ipsam Deita-  
 tem suam, & quidquid est, nobis  
 præbet in cibum.

Sed & Deus Pater naturam no-  
 stram humanam quàm fieri po-  
 tuit sublimissimè in Christo ex-  
 altavit, ultra creata omnia ad  
 suam usque dexteram eam attol-  
 lendo. Ut verò Deus majori nos  
 honore & gloria afficere, aut ab-  
 undantior charitatem nobis  
 exhibere potuisset! Nimiru mul-  
 tò uberiores salutem & gloriam  
 per Christum Dominum ac Sal-  
 vatorem nostrum adepti sumus,  
 quàm per Adam primum paren-  
 tem nostrum perdidimus. Quid  
 ultra à dulcissimo Domino desi-  
 derare possumus? Certè cuiuslibet  
 homini toto corde ei per dilectio-  
 nem adhærenti tam intimè affe-  
 ctus est, ac si cæli terræque, & om-  
 nium quæ illis continentur obli-  
 tus, totus in illum amore deper-  
 irt.

3.  
 Mo-  
 gualis  
 vii Dis  
 natura  
 nostram  
 in Filio  
 quæ in  
 depre-  
 diablo  
 in die  
 mi per  
 10.

DOMI-  
NICAR  
PASSIO-  
NIS EX-  
PLICATA  
TIO.Frigidus  
sepor in-  
gratissi-  
mum pec-  
toris.4.  
Expositio  
latro Dei  
Patris,  
exponen-  
tis homi-  
ni infini-  
ta benefi-  
cia.

iret. At nos duri & frigidi, nec omnibus his movemur, neque ad illius inflammamur amorem. Ad eò corda nostra sensuali delectatione infecta, & vanitatibus, oblectamentis voluptatibusque sæculi dedita sunt. Plorant cælum & terra, in id loci incidisse homines, ut creaturas diligant relicto Creatore, qui est summum & incommutabile bonum: malintque servi esse dæmonum quàm filij Dei. Ah, ah! pudeat nos perverfitatis, ignaviæ, & ingratitude nostræ. Diligamus, quæso, Dominum Deum nostrum, qui nos tam immenso amore complexus est.

Putemus Patrem cælestem nos alloqui, dicereque animæ humanæ: En amplissimum mei in te amoris testimonium fert Unigenitus meus, quem equidem totum pro te tradidi. Non corpus, non animam, non sanguinem illius tui causa dare dubitavi. Imò si quid pretiosius, si quid melius paterno potuisssem corde concipere, & id quoque tibi donassem. Altissimam Divinitatem meam in humanitate Filii mei tibi dedi; cum sit mecum & in me unus idemque verus ac inseparabilis Deus. Dedi insuper tibi sanctum Spiritum meum, ut is te mundaret, confortaret, illustraret, veritatem omnem & justitiam edoceret, suo inflammaret amore, solaretur item te, & cunctis charismatibus virtutibusque donaret. Ita enim complacuerat mihi

in te, & inveneras gratiam in oculis meis, simulque cor meum apposueram ad te, eligens te in dilectam sponsam meam: nam decretum est mihi habere in te delicias & oblectationes meas, utpote in quo constitui templum cubiculumque meum, & elegi habitationem meam. Ceterum licet ego meipsum totum minimeque divisum dedi tibi, ô homo: ita volo ut & tu mihi te totum atque indivisum reddas. Purissimo te amore complexus sum, absque ullius vel muneris vel compensationis tuæ intuitu: æquum proinde est, ut & tu vicissim me pure propter meipsum, absque mercedis contemplatione, diligas; ut sim ego merces, spes & scopus tuus, amesque me, eò quòd ipse te dilexerim, & ut à me diligere merearis. Jam si his audiris, mecum amoris jura inire vis, dignusque fieri qui à me ameris: voluntariū vivumque instrumentum sis oportet, teque à me agi patiaris, offerens atque resignans te totum mihi absque electione vel repudiatione hujus aut illius, si ensque me tecum agere & in tempore & in æternitate quidquid mihi placuerit. Prorsus ita necesse est, ut mihi in te operandi præstes facultatem; abnegans penitus te ipsum, petensque à me medullitus, ut perficiatur in te, quod ab æterno ipse constitui ac præordinavi. Tum integra quoque erga bonitatem meam fiducia mihi adhærebis, & cum ingenti grati-  
tudi-

Totum se  
dedit ri-  
bi Deus,  
totum te  
sibi posu-  
it.Da ergo  
mi totum  
Deo, id est  
nullius  
mercedis  
intuitus.Cum sum-  
ma resi-  
gnatione;Et fidu-  
ciali ad-  
hesionem,  
ac grati-  
tudinem.

DOMI-  
NICAE  
PASSIO-  
NIS EX-  
ELLICA-  
RIO.

tudine recipies de manu mea  
quæcumque tibi evenire permi-  
sero, tam adversa quàm prospe-  
ra, & tentationes, & afflictiones,  
& derelictionem, & angustias:  
omnino confidens in bonitate  
mea, credensque mittere me ista  
tibi ceu optima maximeque salu-  
taria. Et curabis sedulo, ne opera-  
tioni meæ per obstinationem in-  
ordinatamque proprietatem vel  
dissolutionem tuam resistas. In  
qualibet afflictione, angustia, &  
derelictione quæ tibi acciderit, tan-  
tisper desiderabis permanere ac  
perseverare, quoad mihi visum  
fuerit inde te absolvere eripereque.  
Prorsus feres crucem illam ad fi-  
nem usque mei causâ. Nam ad  
hunc modum tentationibus &  
molestiis excutiaris atque agite-  
ris oportet, donec palea pravæ  
cupiditatis, inordinatæ proprie-  
tis, vitiosæque propensionis à te  
separetur. Necesse, inquam, est,  
ut elatus rigidusque animus tuus  
istis ceu mola quadam contera-  
tur, donec in oculis tuis instar  
pulveris aut cineris nihili fias: ita  
ut non agnoscas modò, sed &  
sentias te & miserimum & vilis-  
simum esse mortalium omnium  
quos mundus habet; adeoque ab  
omni propria voluntate & ele-  
ctione exuaris, ut quidquid  
Deus tecum & cum creaturis om-  
nibus fecerit, secùs fieri non ve-  
lis, etiam si creaturæ omnes cun-  
ctaque elementa tuo subiacerent  
imperio. Verùm antequam huc  
pertingatur, hoc opus, hic labor

est; multasque cruces ac labores;  
imò & spirituales mortes subire  
oportebit. Prodent se undique  
vitia in te latentia, teque ingenti  
dolore & angustia afficient: sed si  
constanter in certamine perseve-  
raveris, si humiliter petieris ut tui  
miserear per dilectum Filium me-  
um, tandem me auxiliante vin-  
ces feliciter. Quando enim in no-  
mine Unigeniti mei aliquid piè  
petitur, mihi summè placet hu-  
iusmodi petitio: quemadmodum  
necessariò apparet aureum, quod  
per vitrum aurei coloris conspi-  
citur. Hæ planè duæ sunt alæ, si-  
de admodum, quæ te compendiò  
celeriterque ad spiritalem & per-  
fectam vitam subvehere poterunt:  
videlicet Abnegatio tui, & Pa-  
tiens adversorù tolerantia. Quis-  
quis enim se mihi simpliciter resi-  
gnare novit, illi nec afflictio, nec  
infirmetas, nec adversitas ulla ac-  
cidere potest, quí ei cedat ad vir-  
tutis incrementum. Itaque si quis  
omnia æquo ferat animo, dili-  
genterque suum observet fundum,  
audiet paternam vocem meam  
intus loquentem sibi: Nosce reip-  
sum, scito quàm vilis sis, agnosce  
nimiam immortalitatem tuâ,  
multipliciaque vitia tua in fundo  
tuo latentia. Adverte nihil te esse,  
nihil habere, nihil posse ex reip-  
so, & me in te operari sine. Ad-  
hæreto mihi per amorem, serva  
mihi fidem: & quidquid tu viri-  
bus tuis non potueris, ipse pro te  
faciam.

Hic

*Et cru-  
cem feras  
quamdiu  
ipse vo-  
luerit.*

*Sic enim  
melius  
reipsum  
agnosces*

*Et ab om-  
ni proprie-  
tate ex-  
uaris Dei  
volunta-  
tem in-  
duerit.*

*Per Fil-  
ium un-  
um pe-  
tenda.*

*Vita spi-  
ritualis  
compre-  
dium in  
negato  
sui, &  
patiens  
in crui-  
bu.*

DOMI-  
NICAE  
PASSIO-  
NIS EX-  
PLICATA-  
TIO.

5.  
Devota  
anima o-  
ratio effi-  
cacissim-  
a, re-  
sponder  
Deo invi-  
santi. Co-  
fessio pec-  
cati, &  
penitio  
venia.

Propos-  
itio emen-  
dationis.  
Psal. 50.  
Iob 13.  
a Humi-  
li agni-  
tio pro-  
pria fra-  
gilitatis.

b Postu-  
latio gra-  
tia.

Resigna-  
tio ad om-  
nia qua  
Deo pla-  
cuerint  
permitte-  
re, vel  
immitte-  
re.

Hic jam homo dulcissima hac Patris caelestis voce invitatus, cum sancta spe & fiducia accedat ad eum, dicetque humiliter: Con-  
fiteor tibi, clementissime Pater, omnia peccata mea, quibus te of-  
fendi. Heu! infelix ego, non veritus sum execranda illa perpetra-  
re scelera, quae dilectus Filius tuus tantis cruciatibus diluit atque expiavit. Ingratus tibi fui pro omni dilectione, benignitate & fidelitate mihi a te exhibitâ. Sed nunc, misericordissime Pater, oro te, ne memineris injuriarum quas a me accepisti. Convertite oculos divinae pietatis tuae ad me, & in gratiam me recipe. Jam enim propono, te adjuvante, corrigere vitam meam. *a* O Domine, miser ego sum & infirmus, nihil valens, conceptus in peccatis, natus in miseriis, nutritus in vitiis. Noli indignari adversus folium quod vento rapitur: noli oblivisci inopiae & fragilitatis meae, nec subtrahas a me auxilium gratiae tuae. *b* Miserere mei Deus, miserere mei per dilectum Filium tuum Dominum meum IESUM Christum. Emunda me, sana me, confirma me, pugna pro me, operare in me, utere me pro tuo beneplacito. En me totum tibi resigno, me totum pleno affectu sicut possum in hostiam vivam tibi offero: paratus deinceps vivere juxta gratissimam voluntatem tuam, ac pati quidquid tua bonitas mihi evenire permiserit. Non peto, Domine, ut mala, quae commisi,

inulta maneant. Prorsus ultimum cere in me iniurias quas intuli tibi: quandoquidem humiliter me submitto flagellis misericordiae tuae. Scio & verè scio, quod non poterunt tot mihi adversa & cruciamenta accidere, quin plura majoraque merita sint iniquitates meae. Itaque non nisi gratiam tuam altâ cordis voce postulo: & ut justiciam misericordiae temperet rogo. Quid vero retribuam tibi, o benignissime Pater, pro omnibus bonis quae in me contulisti? Equidem neque in caelo neque in terrâ aliquid invenio, quod vel dignius vel tibi gratius sit, quam ipse Unigenitus tuus. Eum igitur quantâ possum humilitate & gratitudine tibi offero, in unione illius amoris quod tu mihi eum dedisti, & ex paterno corde in hunc mundum misisti, ut humanam assumeret naturam, mortemque subiret amarissimam. Offero merita incarnationis, conversationis, passionis & mortis ejus. Offero ignominiosam afflictionem, voluntariam obedientiam, ineffabilem humilitatem, incomprehensibilem patientiam & ardentissimam charitatem illius. Offero immittissima vincula, verbera, impulsus, concussiones, contemptus, conspuitiones, opprobria, irrisiones, blasphemias, & quidquid perpeffus est. Haec omnia tibi offero tamquam dignum sacrificium, ad supremam gloriam tuam, pro omnibus peccatis & negligentis meis.

Psal. 118.  
Oblatio  
meritoria  
Christi  
pro defec-  
tibus no-  
stris, qua  
est praxis  
pia & u-  
tilis, &  
familia-  
riter ac-  
cipitur apud Deum  
usurpan-  
da.

X

DOMI-  
NICA  
PASSIO-  
NIS EX-  
PLICATA.

Merita  
Christi  
præponde-  
rants de-  
meritis  
nostris.

meis. Suscipe, quæso, gratissi-  
ma unigeniti Filii tui merita, pro  
detestandis iniquitatibus meis.  
Quidquid enim ego deliqui,  
totum ille sua passione diluit  
atque expiavit: & defectus meos  
omnes ipse sarcivit atque supple-  
vit. Multò plus tibi solvit, quàm  
sit meum debitum. O si malitiam  
meam & illius bonitatem, mea  
vitia & ejus merita simul librare  
velles! nimirum hæc ipsius merita  
peccatis meis præponderarent.  
Et quod tam flagitiosum scelus  
esse possit, cui ingentes cruciatus  
unigeniti tui non impetrent ve-  
niam? quæ tam scæda macula,  
quam calidus sanguis illius non  
diluat? Vincit planè passio &  
mors ejus, peccata omnia: im-  
mensæ meritorum illius divitiæ, cun-  
cta vitia, cunctasque negligentias  
superant. Tibi itaque, ut cœpi,  
offero innocentissimam mortem  
dilectissimi Filii tui, & quidquid  
in assumptâ humanitate operatus  
est, unâ cum omnibus meritis  
Sanctorum omnium, & cum cun-  
ctis virtutum actibus, qui ad ex-  
tremum usque judicii diem pro  
gloria nominis tui fient, itemque  
cum laude & gratitudine univer-  
sa, quæ in infinita sæculorum sæ-  
cula tibi exhibebitur. Ista omnia  
tibi offero pro delictis meis, &  
pro peccatis vivorum atque mor-  
tuoꝝ, pro quibus ego orare ad-  
strictus sum, & tu rogare vis: ut  
inde in æternum lauderis, & gra-  
tiarum actiones ab omnibus tibi  
reddantur, Amen.

6.  
Sic modo

Putemus & Filium Dei Jesum

Christum unicuique nostrum di-  
cere: Vide, ô homo, quid fecerim  
tibi. Ab omni æternitate agnovi  
te in divina essentia mea: quan-  
doquidem ab æterno in me fuisti  
secundum ideam. Insuper & crea-  
turam te feci, tam eximio te amo-  
re complectens, tamque excellen-  
ti donans gratia, ut te secundum  
animam ad imaginem & simili-  
tudinem meam creârim. Et ut  
scires quàm generosam atque ele-  
gantem ipsam animam tuam fe-  
cerim, nihil dubitavi illius causa  
accipere naturam tuam. Factus  
sum caro tua & sanguis tuus: ut  
tuos supplerem defectus omnes,  
pro tuis satisfacerem delictis, te  
redimerem, vitamque tibi obti-  
nerem & mererer æternam. Ego,  
inquam, qui ex divino Patris mei  
cælestis utero, ante omnia sæcu-  
la miro quodam ac ineffabili mo-  
do genitus sum, eidem Patri meo  
in potentia & gloria semper æ-  
qualis permanens, mortalem  
tuam non sum dedignatus natu-  
ram assumere. Triginta tres & eo  
amplius annos, factus servus tuus,  
in multa paupertate, humilitate,  
labore & afflictione operatus sum  
salutem tuam. Cùm sicut ovis  
perdita aberrares, diu te quæsivi,  
& inventum meis humeris ad Pa-  
trem reduxi. Factus sum tam-  
quam exul à regno meo, ut tu  
hæres fieres. A Patre quoque  
meo derelictus, & castigatione  
crudeli correctus sum, permisi que  
iram ejus in me devolvi: ut tu a-  
pud eum gratiam invenires, ami-  
cus.

Alia di-  
enuncie-  
ret ani-  
ma pecc-  
atrici  
sua ben-  
ficia:  
Præsti-  
tionis,  
Creatio-  
nis.

Incar-  
natio.

Evangel-  
izatio.

Luc. 11.  
Matth.  
18.  
Passio,  
Phil. 1.  
Ierem.  
30.



**DOMI-**  
**NICAE**  
**PASSIO-**  
**NIS EX-**  
**FLICA-**  
**TIO.**

cusque & filius Dei efficeris. Denique omne debitum tuum in me recepi, & qui iudex tuus eram, teque sententia aeternae damnationis jure ferire poteram, memet sub specie rei in mortem ignominiosissimam ultro tradidi pro peccatis tuis. Caput meum spineae coronae supposui, manus ac pedes clavis objeci, totum corpus meum verberibus patienter submisi, sanguinem meum ad extremam usque guttulam effudi, animam pro te dedi, ut te mihi amore jungerem atque uni-

**Patro-**  
**nii Vir-**  
**ginu ma-**  
**tri,**

**Eucha-**  
**ristia.**

**Psal. 21.**  
**Pro-**  
**phetia**  
**magis**  
**passionis**  
**beneficia.**

**Postulat**  
**pro omni**  
**bus repon-**  
**di amo-**  
**rem,**

rem: & tamen tu te mihi subducis, & divideris à me. Insuper Matrem meam dulcissimam, tuam quoque matrem esse volui, cor meum tibi patefeci, & ejus cruorem potandum tibi praebui ex amore purissimo. Sacratissimum Corpus meum in cibum, & pretiosum Sanguineum meum in potum tibi reliqui. *Factus sum opprobrium hominum, & abjectio plebis.* Velut botrus in passionis torculari expressus sum: *aruit tamquam testa virtus mea, & decocta est amoris igni.* Torus exhaustus & absumptus sum salutis tuae gratia. Vide, uti in cruce pendeo contemptus, extensus, sauciatus, omni solatio destitutus, brachiis ad te expansis, latereque aperto, ut te in gratissimum cordis mei cubiculum introducam, ibique aeterno complectar amore. Quid vis ultra faciam tibi? Quomodo majorem dilectionem, fidem, benevolentiam & benignitatem tibi exhibere possum? Sit penes te ju-

gis horum memoria. Repende vicem amoris. In imaginem sacrae humanitatis meae ita cordi tuo imprime, ut quaelibet extraneae imagines inutilesque cogitationes illinc abscedere cogantur. Planta floridam arborem Crucis meae in intimis tuis: stude mihi placere, imitando vitam & virtutes meas. Vitato, quantum in te est, omnia quae mihi displicere cognoscis, ut sunt superbia, vana gloria, odium, ingluvies, & alia huiusmodi peccata ac vitia. Renuntia sponte naturae oblectamentis: hoc est, abdica omnia in quibus natura delectatur, illis dumtaxat exceptis, quae ipsi naturae sustentandae rationabiliter necessaria sunt, quaeque adiumento tibi esse possunt ad servendum Deo, & ad perveniendum ad Deum. Breviter, amputa & refrena quidquid in conversatione tua, in amore, intentione, verbis, operibus, vestimentis, commoditatibus, & quibuslibet rebus illicitum, impurum aut vanum est: propriamque voluntatem tuam diligentissime mortifica, ut ego in te vivere atque operari possim. Pro acerbissima passione mea hanc vicem mihi redde, ut quamlibet tam externam quam internam molestiam, quae me permittente tibi occurrerit, humiliter patienterque feras; sive ea sit persecutio & vexatio, sive contemptus ab hominibus illatus, sive charorum amissio, aut jactura rerum temporalium, aut inimi-

*Mandatum  
toris cum  
studium,  
virtutum  
Christi  
imitatio-  
nem, ad  
perfectio-  
nis stu-  
dium*

*Resigna-  
tionem  
& con-  
firmata-  
tem in af-  
flictioni-  
bus,*

DOMI-  
NICAE  
PASSIO-  
NIS EX-  
PLICATA  
TIO.

Humili-  
tatem,  
Perseve-  
rantiam  
in cruce  
bus ferē-  
dū, non  
querēdo  
salutia  
vana aut  
aliena,  
aut inor-  
dinata,  
sed sub-  
mittendo  
se ino-  
grē bene-  
placito.  
Dei.

\* Cul-  
patur  
anxie-  
tas ser-  
pulofo-  
rū, qui  
afflictā  
eōscien-  
tiā sola-  
rium u-  
nicum  
esse sibi  
persua-  
dent ad  
evaden-  
dū mo-  
lestias  
desola-  
tionū, si  
nulla de  
causa,  
semper  
recur-  
rant ad  
confes-  
siones  
iteran-  
das, &  
confes-  
sarium  
fatigēt  
audien-

inimici tentatio, aut internus a-  
nimi angor ob defectum profe-  
ctus tui, vel quodlibet gravamen  
etiam culpā tuā exortum. Has &  
consimiles afflictionū cruces om-  
nes tibi à me credas impositas,  
mihique gratias agens illas susti-  
nebis, ac teipsum resignabis.  
Quando alii te vilipendent, ex  
animo fateberis centuplò vilio-  
rem te esse, plusq; contemptus  
meruisse, quàm cuncti homines  
tibi inferre queant, imò indignū  
esse, qui à tam præstantibus crea-  
turis despiciaris. Cùm profusus  
desolatus & anxius corde fueris  
ob peccata exactæ vitæ, ob ni-  
mias negligentias tuas vitiaque  
multiplicia, & quòd tam nihil  
progressus sis in virtutibus: tum  
non statim adconfitendum\* pro-  
perabis eo animo, ut ab hujusmo-  
di molestia releveris, neque sola-  
tia inordinate perquires, quæ af-  
flictionem illam à te depellant  
(hoc enim esset crucem abicere,  
& sequi consilium diaboli, dicen-  
tis: *Descende de cruce*) sed fortiter  
mecum in cruce fixus hærebis  
perseverabisque. Quidam hujus-  
modi anxietates & conscientia  
remorsus crebrâ confessione de-  
pellere conantur: sed si vel mil-  
lies confiteantur, parum eis  
hac in parte contulerit. Tu igitur  
etiam horrenda judicia mea, quæ  
per illos angores in te declarari  
videntur, patienter feres, cum  
humili in beneplacitum meum  
resignatione. Itidem facies, quan-  
documque te derelictum & spiri-

tali consolatione destitutum sen-  
ties. Prætolaberis me resignato  
& tranquillo animo, atque hanc  
pressuram tuam & iram meam  
cum benigna mansuetudine ad  
finem usque perferes, donec ego  
ipse veniens, te de cruce depo-  
nam. \* Ita mihi in illa pauper-  
tate & sterilitate multò gratior er-  
is, quàm si magna devotione sen-  
sibili afflueres, & intus florent  
omnia. In hujusmodi pressura ac  
miseria, non tam facilè teipsum  
quærere vel tibi vanè placere po-  
tes, sicut in consolationis affluen-  
tia. Nam in sensibili dulcedine  
naturaplurimumque se admiscet: &  
dum homo ea immodicè delecta-  
tur, maculam contrahit. Itaque  
sæpenumero devotionis dulcedi-  
nem tibi subtraham, & insuper  
acerbis immundisque cogitatio-  
nibus & horrendis imaginibus,  
tartareisque phantasmatis te  
fatigari permittam: quod ipsum  
æquo animo perferre debebis. Pa-  
ratus eris etiam toto vitæ tuæ  
tempore in tentationibus, pœnis,  
angoribus & pressuris perdurare,  
si ita mihi visum fuerit, petesque  
ut in te & de te fiat gratissima vo-  
luntas mea, in tempore atque æ-  
ternitate. Neque est quòd mire-  
ris, cur ego quosdam tam amica-  
biliter ac dulciter, quosdam verò  
nò nisi per varias afflictiones tra-  
ham. Mihi enim simillimos effi-  
cio eos, qui multiplici molestia  
& cruce pressi, patientiam servant,  
ex immensa profusus dilectione  
dono electis meis afflictiones:

sem-

disfer-  
pulo-  
mole-  
stias to-  
ties fr-  
strā p-  
cātarū,  
cū nul-  
lum no-  
vū pec-  
catum  
aut ne-  
cessariū  
cōstitū-  
dū ad-  
Quod  
cit val-  
de ino-  
dinatū  
illius  
mole-  
stias re-  
levamū-  
tum, u-  
omniū  
Casui  
Doct-  
res q-  
cēt, ve-  
bo ser-  
puli.  
\* No-  
tēt h-  
qui in  
spiritu-  
ali deli-  
latione  
sefe à  
Deo de-  
relictū  
putant  
& vici-  
ant pu-  
cula de  
voti-  
nis se-  
sibilia  
& con-  
modū  
sterili-  
tatis u-  
tem.

Confor-  
mitatem  
cū Christo  
cruce fixū  
in cruce  
bus ac  
desolati-  
onibus.

DOMI-  
NICAN  
PASSIO-  
NIS EX-  
PLICATA  
TIO.  
Spem glo-  
ria ob-  
erues.

Perfecti  
cur etiā  
simori-  
bus an-  
gantur,  
& tenta-  
tionibus  
jaceant q̄  
velut in-  
firmi, qui  
tamen  
sani sunt  
& in gra-  
tia Dei.

\* Quos  
Deus in  
vita de-  
solatio-  
nibus  
exercu-  
it, illos

semper tamen humanæ naturæ fragilitatem attendo, cui ex amore & iustitia, nihil supra vires mihi benè perspectas imponere possū. Oportet planè coronam fortiter imprimi, quæ coram Patre meo perenniter virere atq; florere debet. Quò quis in hac vita graviores dolores & pœnas pro amore atque honore meo pertulerit, eò jucundius ac plenius in beata æternitate suavissimum mel Divinitatis meæ gustabit. Permitto etiam nonnullos semper veluti infirmos languere, qui tamen sanitatem reverà consecuti sunt. Hi cunctis diebus vitæ suæ timent, anguntur, affligunturque: eum aliud tibi persuasum non habeant, nisi quòd sint languidi: & tamen ad eum virtutis gradum conscenderunt, ut mortem ipsam fidenter subirent, potiùs quàm in me scientes peccarent. Ex magna fidelitate & dilectione, quam erga illos habeo, quâdiu vivunt, hujusmodi ignorantiam, timorem, & pressuram in eis relinquo. Satis enim novi eam ipsorum fragilitatem esse, ut si se convaluisse pro comperto haberent, statim ad seipsum cum vana sui complacentia reflecterentur. Jam in hac afflictione & miseria positi, humiliter sese resignant, ob idque mihi charissimi sunt. Tales plerumque in \* ipsa hora, qua ex hac luce migraturi sunt, ab illa ignorantia, longisq; tenebris per me ipsum eripere ac blandè nimis consolari soleo; ut aliquo modo præ-

libata beatitudine, quâ in me perpetuò fruituri sunt, bona cum securitate animam fundant: si verò hoc eis ante obitum non præsto, certè ubi jam defuncti sunt, vel si ad Purgatorium deduci debent, ubi ab omnibus culpis ad purum sunt repurgati, eos inenarrabili gaudio exultantes recipio in gloriosum æternumque regnum meum. Tu igitur te totum meæ providentiæ semper committe, te totum mihi resigna. Porrò licet sis fragilis admodum, sæpiusque labaris, numquam tamen desperes; sed pietati meæ firmiter & amanter innitere. Omnia vitia & peccata tua depone in cruenta vulnera mea, atque in abyssum misericordiæ meæ projice, meq; roga, ut pretioso Sanguine meo illa diluam. Quando post lapsum humiliter & confidenter me invocas, tam repente mundaris, quàm repente purgatus est leprosus ille, cui dicenti, Domine, si vis, potes me mundare, respondi, volo, mundare. Qui negaret me & posse, & velle etiam singulis momentis ignoscere ei, qui verè pœnitens est, is magno honore me spoliare niteretur. Ita verò mihi facile est mille talenta remittere, sicut unum. Planè quotiescumque peccator à vitiis culpisque se integrè avertens, mihi perpetuò servire, & me diligere, mihi que soli vivere, statuit: adeò me illi benignum exhibeo, ac si numquam me offendisset. Omnia enim peccata illi remitto, etiam si

morte veniente con-  
solatur. Hoc no-  
tent, & humili-  
ter ad extre-  
mū Dei consola-  
tionem exspe-  
ctent, qui in desola-  
tione cum re-  
signatione vi-  
tam tristes per-  
agunt. Provi-  
dentia divina totum te permittit.

Pœnitenti quàm obvia sit Dei misericordia.

Math. 8.

Mat. 18.



DOMI-  
NICAR  
PASSIO-  
NIS EX-  
PLICA-  
TIO.

tot essent, quot omnes simul ho-  
mines commiserunt: si tamen ex  
animo doleat purè ad gloriam  
Dei, & ob id potissimum displice-  
ant illi suæ iniquitates, quòd  
mihì eas displicere intelligit.  
Hæc pro tui excitatione, institu-  
tione, & consolatione dicta sint.

7.  
Interna  
penitenti-  
æ anima  
ad Iesum  
oratio su-  
periori in  
vitationi  
respondenti.

Hic igitur homo etiam ad Do-  
minum Iesum sese plena cum fi-  
ducia convertet, ipsumque quàm  
poterit humillimè precabitur in  
hunc modum: O Fili Dei vivi, Rex  
gloria Iesu Christe, miserere mei vi-  
lissimi peccatoris. Ego enim etiã vi-  
ta ipsa indignus sum, qui tibi hæc-  
tenus tam ingratus fui, & non timui,  
pro momentanea delectatione exple-  
da ea cõmittere, quæ tu expiare San-  
guine tuo, ac luere morte tua debe-  
res. Et ad quem d. dulcissime Iesu, ad  
quem ego innumeris onustus atq; cõ-  
clusus peccatis refugere possum, nisi  
ad te misericordia plenum? Itaq;,  
omnia mala mea, omnem ingratiu-  
dinem, inobedientiam & immortifi-  
cationem meam, in abyssum divine  
clementia tua, cruentaq; Vulnera  
tua projicio. Ita, quæso, hæc pretioso  
Sanguine tuo diluere, & meritis a-  
cerbissima passionis tue expiare dig-  
neris, ut nulla eorum apud te memo-  
ria perseveret. O amabilis Iesu, &  
unicum solatium meum! en accedo  
ad te pleno desiderio te ferventer di-  
ligendi, & cuncta quæ me à tuo pos-  
sint amore abstrahere evitandi. O!  
quantum me amasti & amas! Ut me  
redimeres, naturam meã sumpsisti,  
& factus es frater meus: ut ego exhi-  
lararer, tristatus es: ut ego sanarer,  
vulneratus es: ut ego mundarer, pu-

Peccata  
in Christi  
Vulnera  
projicit.

Agnoscit  
beneficia  
Christi,

rissimũ Sanguinem tuũ sudisti: ut e-  
go viverẽ, mori non recusasti. Et quo-  
modo, Deus meus, tã corde cæcus esse  
potui, ut aversus à te (à quo mihì sa-  
lus omnĩs & bona cuncta procedunt)  
ad terrena caducaq; me converterẽ,  
ex quibus non nisi perditio & omnis  
miseria ad me redit? Mirum valdè  
est, quòd mihì jam aliud cogitare li-  
beas, quã immensa quæ mihì prestis-  
tisti beneficia: aut in aliqua alia re  
solatiũ & animi recreationem qua-  
rere, quàm in sacratissima vita ac  
passione tua, dulcissimiq; & verè  
mellifluis vulneribus tuis. O piissime  
Iesu! adjuva & conforta me fragile  
figmentũ tuũ. Tu es omnis spes mea.  
Quantũ me perturbant & dejiciunt  
peccata mea, tantũ me exhilarat &  
erigit immensa bonitas sanctissimãq;  
passio tua. Quidquid enim ego deli-  
qui, morte tua acerbissima abolitum  
est. Quidquid mihì deest, merita sa-  
cratissima passionis tuae abundè ad-  
implent. Et licet magna atq; innu-  
mera sint peccata mea, parva tamẽ  
sunt tua immensè collata misericor-  
dia. Vnde & cõfido de infinita pietate  
tua, quòd me nõquã perire sines,  
quẽ ad imaginẽ & similitudinẽ tuã  
creasti, stãtoq; labore ac tã caro rede-  
misti pretio. \* Ah bone Iesu! vulnera,  
obsecro, cor meũ jaculo amoris tui, ut tã  
ardenter te diligã, quàm ardenter ipse à  
me vis amari. Exure & liquefacito me  
totum, ut totus in me deficiam, totusq;  
par amorem in te transformer, ac tecũ  
unus spiritus efficiar. verumtamen non  
mea sed tua voluntas fiat. Ecce resigno &  
relinquo me totum tuo beneplacito. Fiat  
Dne, fiat in me & de me gratissima vo-  
luntas tua nunc & in perpetuum, Amen.

& sed  
& in  
titudi-  
cafigu

Fideli  
conspic-  
ant in  
diviti-  
exhib-  
ritura

\* Affe-  
ratio-  
nes de  
vota.